



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Dispositio Et Perioche Historiae Evangelicae Per IIII.  
Euangelistas contextæ, necnon Actuum apostoloru[m],  
Epistolaru[m] quoq[ue] Pauli XIII. & Canonicaru[m] VII.**

**Bullinger, Heinrich**

**Tigvri, 1553**

**VD16 B 9605**

Liber IX.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-35634**

EVANGELIUM

git in breuem summam totum negotium redemptionis, hoc nimirum penitus infigere cupiens ipsorum cordibus. Quæ quum magno cum applausu reciperent et laudarent discipuli, profitentes se iam credere et plane intelligere quod ipse sit dei filius, prædicit his quod mox ipso deserto quisq; sibi fuga sit consulturus. Sub finem uero totam orationem hucusq; à 13. capite contextam concludens, et quo omnia referenda sunt subindicans, Hæc locutus sum uobis, inquit, ut in me pacem habeatis, in mundo afflictionem habetis, sed bono animo sitis, ego uici mundum.

LIBER IX.

POSTEA QUAM dominus noster Iesus sermone his planè diuinis discipulos suos partim consolatus esset, partim erudiisset et instruxisset aduersus imminentem malorū procellam, quoniam unice admonuerat fiduciam non collocandam esse in ullis rebus humanis, sed præsidio cœlesti, porrò exemplo suo docet ut ingruentibus afflictionibus nõ aliò spectent quàm ad patrem cœlestem. Iam itaq; suam subiens passionem, incipit eam à precibus ad patrem fuis, cui se primū commendat, deinde apostolos, postremo omnes apostolorum doctrinæ credentes, obsecrans ut se glorificet, apostolos

Oratio domini Ioan. 17.



item & fidelium ecclesiam per hunc impurissimum mundum  
deducat in studio ueritatis pietatis, & charitatis, sibiq;  
eternum coniungat. Absoluta oratione subit in montem  
oliuarum, abiens in hortum, quo repetitis sese deo preci-  
bus commendaret. Interea collegerat perfidus iudas e-  
sceleratissimis quibusq; cohortem, ac imminet innoxio.

Cap. 18.

Dominus ut ostenderet se pati ultrò & uoluntarie, ac  
omnipotentem esse, tametsi patiatur sibi iniici catenam,  
prosteruit semel atq; iterum cohortem in horto, deinde  
spontaneè tradit seipsum impijs uinciendum. Ibi satis  
infeliciter pugnabat Petrus, ac coërcebatur à domino,  
quem mox producit ad Annam pontificem, & ab hoc  
ad Caiapham, quod is esset eo anno in summi præfula-  
tus dignitate constitutus. Fit inquisitio in doctrinam Iesu,  
cumq; hic responsionem pararet, indignissime ceditur  
à ministro pontificio. Inter hæc turpissime negat et ab-  
iurat dominum Petrus. Cæterum ex curia pontificis  
recta in prætorium proconsulis abducitur Christus,  
quod mortem commeruisse uideretur. Accusatur coram  
Pilato, & discutiuntur accusationis capita, uerum nul-  
lam in ipso culpam inueniens Pilatus, arte ipsum libe-  
rare tentat.

Passio Chri  
sti.

Quod cum cessisset sinistre, flagris discissum & co-  
rona spinea coronatum, producit ad multorum capi-  
tum beluam uulgus. Hoc conclamat cruci esse figendum.

Cap. 19.



## EVANGELIUM

Pilatus uero multa rogans, tandem tamen Iudeorum improbis uictus clamoribus, Iesum tradit crucifigendū. Accipitur ergo à militibus, et educitur in locū caluarie ad suppliciū. Ibi medius inter latrones erigitur in cruce. Cruci imponitur per Pilatum non sine magna concertatione & controuersia titulus siue causa mortis. Porò milites discindunt uestes domini, et pro tunica inconsulti sub cruce sortiuntur. Dominus autem à cruce matrem suam commendat Ioanni: sitit, & propinatum in spongia acetum bibere renuit, sancteque testans omnia consummata, & sacrificium perfectum, tradit deo patri spiritum.

Postea franguntur crura latronibus, Iesu aperitur latus, profluit ex eo sanguis & aqua. Qui uidit, sancte ueritatem attestatur Ioannes. Postremo autem adsunt pij ac religiosi uiri, qui depositum à cruce mortuum domini corpus, honestissime condunt atque sepeliunt.

## LIBER X.

Resurrectio  
domini ue-  
ra.

**M**AXIMA fide & diligentia hac euāgelij sui parte postrema enumerat Ioannes manifestissima gloriose ex mortuis Iesu Christi domini nostri resurrectionis testimonia & argumenta, quibus plene & plane demonstrat ipsum uere uero suo & rediuiuo corpore